

INDEX SYNOPTICUS LIBRI.

Constat liber hic Introductione, ubi de occasione & scopo ejus agitur p. 1. 2. 3. 4. Propositione p. 4. & propositarū triū partiū tractatione.

PARS PRIMA Continet orthodoxam de S. Scripturæ Interpretatione doctrinam: cujus hæc est summa. Interpres Scripturæ est persona, quæ ejus sensum homini ignorantibus notum facit: & interpretatio est actio aut oratio, quâ hoc facit §. I. II. III. IV. p. 5. 6. Interpretatio illa est verbalis aut realis §. V. VI. VII. VIII. p. 7. Sensus directus cujusque loci unicus est §. IX. X. Improbatur ergo doctrina de multiplici sensu Judæorum Patrum & Papistarum §. XI-XXXI.

Sensus ille genuinus plurimis locis potest percipi. A nemine, præter Christum, in omnibus perceptus est. Longè tamen aliter percipitur ab homine pio ac impio §. XXXIIX-LIII.

Supremus Scripturæ Interpres est Deus P. F. & Sp. S. §. XLIV. p. 32. & Subordinati Interpretes sunt Prophetæ Apostoli & ordinarii Doctores & privati etiam homines §. LI. dependentes à Christo ejusque Spiritu, qui hic est necessarius §. LX. Debent etiam adhiberi alia media ordinaria ad Scripturam rectè interpretandam §. LXIX. & in primis spiritualia §. CXXVII. p. 91.

Scopus interpretationis generalis est salus hominis, specialis religio & habet etiam unusquisq; locus scopum specialem his subordinatū §. LXXII.

Clavis intellectus & norma interpretandi præcipua est Regula fidei & morum claris Scripturæ locis tradita §. LXXX. Non traditio ut Papistæ §. XCIV. Non Ratio aut Philosophia, ut Sociniani & alii quidam volunt §. CIII. & postea §. CXXV. Regulam fidei, & morum Orthodoxi exhibent in suis Confessionibus & Catechesibus §. CV. Et sic Scriptura est sui ipsius divina Interpres §. CXVII.

Agnoscent hoc patres §. CXXII. & varii Papistæ §. CXXIII.

PARS SECUNDA exhibet Ludovici Wolzogii, ab hac doctrina, exorbitationes, cum suis censuris & refutationibus p. 93. Exorbitatio prima, Interpretem esse, qui cū intelligentia scripturam legit p. 94. Secunda, Deum propriè non esse interpretem Scripturæ. p. 97.

R r

Tertia,